



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 1. An Principes Ecclesiastici, & sœculares possunt etiam fidelibus ferre  
Leges obligatorias in conscientia: ita ut earum transgressio sit offensa Dei,  
etiam mortalis in re gravi?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

peccat contra Religionem, & temperantiam; & tenetur hæc peccata specie diversa exprimere in Confessione; nec satisfaceret dicendo, sebis peccasse contra præceptum Ecclesiæ.

## CAPUT II.

*De obligatione Legis humanae.*

Q. 1. **A**N Principes Ecclesiastici, & seculares possunt etiam fidelibus ferre Leges obligatorias in conscientia, ita ut earum transgressio sit offensa Dei, etiam mortalis in re gravi?

Resp. Aff. fide constat. Prob. 1. ex 1. Pet. 2. Subjecti estote omni humana creatura propter Deum sive Regi, sive Ducibus... quia sic est voluntas Dei. Et Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo: qua autem sunt, à Deo ordinate sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinative resistit. Qui autem resistunt, ipsis sibi damnationem acquirunt ... Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ergo qui resistit potestati Civili transgrediendo ejus Legem, resistit Deo, & acquirit sibi damnationem etiam æternam à Deo, ut explicant Patres, & patet ex his verbis: Ideo subditi estote propter conscienti-

entiam. Ergo principes sacerdotes possunt ferre Leges, quarum transgressio sit mortalitatis culpa.

Idem a fortiori possunt Principes Ecclesiastici; cum potestas Ecclesiastica sit Spiritualis, & altioris ordinis, & constat adhuc i. Pro summo Pontifice, nam Christus dixit Petro, & successoribus ejus Joan. 21. *Pasce agnos meos. Pasce oves meas.* Et Mat. 16. *Quocumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis.* c. 2. Pro Episcopis; nam Christus dixit reliquis Apostolis, & eorum successoribus Episcopis, Mat. 18. *Quacumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in celo.* & Luc. 10. *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit me spernit.* & Heb. 13. *Obedite Præpositis vestris.* Item ex Trident. Sess. 7. can. 8. & Sess. 25. de delectu ciborum. & ex c. *Violatores 25. q. 1. & sequentibus.*

Prob. 2. Quia Lex naturalis præscribit, & recta ratio dictat subditos teneri superiorum præceptis parere: nam esse Superiorum est potestatem, ac authoritatem habere in alios, qui tanquam subditi debent illi parere. 3. Qui violat jus alterius in re gravi, hoc ipso Deum graviter offendit. Nam Deus vult, ac jubet, ut suum cuique tribuatur, & graviter vetat, ne graviter violetur jus alterius, cum violare jus alterius sit intrinsecè malum, ideoque pro-

*Tom. I.*

F

hi-

hibitum lege divina naturali. At violans præceptum legislatoris in re gravi, violat graviter jus illius, nempe jus, quod habet exigendi per legem suam aliquid grave, & quo re ipsâ illud graviter exigit. Ergo. Adde: quod potestas obligandi in conscientia sub mortali sit necessaria ad rectam gubernationem, & efficaciam legum; alioquin innumeræ essent transgressiones occultæ; nec finis legis satis obtineri posset.

*Nota* Obligare in conscientia est impo-  
nere necessitatem agendi, vel omittendi  
aliquid ad vitandam culpam, & offendam  
Dei. Obligatio verò in conscientia est ta-  
lis necessitas.

*Q. 2. Quandonam Lex humana obligat  
sub mortali culpa?*

*Resp. I.* Ex communi ad hoc requiritur  
materia gravis. Quia 1. potestas huma-  
na est limitata, & commensurata exigen-  
tiæ, ac capacitatì materiae. 2. Obligare  
graviter in re ex omni parte levi est contra  
rectam rationem, bonum commune, &  
convenientem gubernationem, & in per-  
niciem animarum, imò est injustum: nul-  
la autem est potestas à Deo data homini-  
bus, nisi ad ædificationem, non in destruc-  
tionem. 3. Lex divina naturalis, & po-  
sitiva nunquam obligat sub mortali in ma-  
teria